

327.

*Dr. Vladimír Balthasar:***DE NOVIS GENERIS ATAENIUS HAR. SPECIEBUS.**

[Contributio 81. ad cognitionem Scarabaeidarum (Col.).]

Dosavadní naše znalosti rodu *Ataenius* HAR. jeví se stále více a více nedostatečnými a mezerovitými a sotva se zdá, že bychom novými popisy druhů dosud neznámých — a objevů těchto bylo v posledních desetiletích velmi mnoho — dobírali se k poznání skutečného druhového bohatství tohoto rodu. Ačkoliv rod *Ataenius* je ve skutečnosti rozšířen po celém světě a jeví se nám zdánlivě rodem kosmopolitním, převážná většina druhů náleží oblasti neotropické a australské, kdež do značné míry nahraňuje tam slabě zastoupený palaeogeický rod *Aphodius* ILLIG. Je ovšem pozoruhodné, že nejde o vikarování oekologické, alespoň ne v plné míře, neboť, jak se zdá, velká většina druhů r. *Ataenius* žije saprophagně a nikoliv coprophagně. Veliká vagilita drobných těchto brouků je také nepochybně příčinou, že se setkáváme v r. *Ataenius* s početnými druhy o velkém areálu rozšíření, zasahujícím do dvou i více zoogeografických oblastí, nebo s druhy vysloveně ostrovními. A tak z původního svého neotropického centra pronikl tento rod i četnými druhy do Afriky, tropické a subtropické Asie, ba dokonce ojedinele i do Evropy. Od doby, kdy vydal Ad. SCHMIDT svou monografii Aphodiinů (1922, ukončena však již v r. 1915) a kdy mu bylo známo celkem 130 druhů, přibylo dalších 84 druhů, takže známe dnes 214 druhů, navzájem nesmírně si podobných, těžko poznatelných a bohužel nezřídka i velmi nedokonale nebo nedostatečně popsanych.

*

Scientia nostra generis *Ataenius* HAR. usque ad hoc tempus aquisita, admodum debilis esse videtur, ut inventa nova novaque specierum adhuc ignotarum optime demonstrant. Domino Ad. SCHMIDT, Monographiae Aphodiinarum [Tierreich 1922 (1915)] auctori 130 species cognitae fuerunt, in tribus decenniis ultimis autem 84 species novae ad hunc numerum accesserunt. Species huius generis, quod paeniteat, valde difficiliter discernendae sunt non solum similitudine earum permagna, sed etiam descriptionibus haud raro vitiosis et saepe admodum brevibus.

***Ataenius histrionicus* n. sp.**

Oblongus, fere parallelus, subcilindricus, nitidus, glaber, niger, clypeo antice rufescente, pedibus rufobrunneis.

Capite antice transverse asperato, postice sat dense, minute punctato, clypeo manifeste emarginato, utrimque rotundato, genis apice rotundatis. Thorace subtiliter sparse punctato, punctis multo maioribus, praecipue ad latera et basin numerosis, intermixtis, lateribus marginatis, sat breve, pallide fimbriatis, angulis posticis obtuse rotundatis, basi marginata. Scutello triangulari, sat lato, laevigato. Elytris humeris minute spinulosis, sat profunde striatis, striis indistincte minute punctatis, apicem versus profundius impressis; interstitiis convexis, minute sed distincte punctulatis, lateralibus fere laevis, apice fortiter convexis, interstitio 4°, 6°, 8° et 9° apice distincte abbreviatis. Metasterno medio longitudinaliter sulcato, minutissime, sparse punctulato, abdomine medio fere laevi, lateribus sparse, sat crebre punctatis. Tibiis anticis extus 3-dentatis, ad basim serrulatis, femoribus posticis breviter marginatis, metatarso calcari apicali paululo et 3 articulis sequentibus evidenter longiore, tibiis posticis denticulo accessorio admodum parvo, tibiis intermediis denticulo paulo maiori.

Long.: 4 mm.

Patria: Paraguay, prov. Alto Parana.

Typus in collectione mea.

Ex affinitate *At. californici* HORN.

***Ataenius alegrus* n. sp.**

Praecedenti valde affinis, differt corpore maiore (4,8 mm), thorace punctis maioribus magis numerosis, angulis posticis late rotundatis, elytris fortius striatis, distincte crenato punctatis, interstitiis antice minus, postice valde convexis, subtilius et sparsius punctulatis. Scutello angustato. Subtus insignibus speciei praecedentis, tibia intermedia et postica calcaribus accessoribus validioribus, metatarso vix calcari apicali aequilongo.

Patria: Brasilia, Porto Alegre.

Typus in collectione mea.

***Ataenius tesaří* n. sp.**

Oblongo ovatus, convexus, nitidus, glaber, piceus, capite antice lateribusque ferrugineo, pedibus brunneis, tarsis paulo pallidioribus.

Capite admodum convexo, antice tantum juxta marginem indistincte minuteque transversim asperulato, parte convexo sparse, minutissime punctulato, dein densius et distinctius, vertice sat crasse et dense punctato. Clypeo emarginato, utrimque rotundato, genis angulatis, apice breviter rotundatis. Thorace lateribus et basi marginato, lateribus minutissime crenulatis et pallide fimbriatis, sat dense, minute punctato, punctis maioribus, crassis, numerosis, etiam disco, praecipue autem ad latera intermixtis, angulis posticis obtuse rotundatis. Scutello anguste triangulari, laevi. Elytris humeris minute denticulatis, striis angustis, sat profundis, manifeste crenato-punctatis, apicem versus dilatatis, indistincte, minutissime marginatis; interstitiis disco minute, lateribus et apice valide convexis, sparse et minutissime punctulatis, elytris lateribus in parte dimidia postica et apice anguste reflexis, fere canaliculatis. Metasterno longitudinaliter sulcato, minutissime, remote punc-

tulato, abdomine sat dense, crasse punctato, femoribus posticis parte basali marginatis, tibiis anticis extus tridentatis, dein serrulatis, tibiis intermediis posticisque calcare accessorio sat valido instructis, metatarso calcari apicali superiore aequilongo, ceteris articulis sequentibus paulo brevioribus.

Long.: 5 mm.

Patria: Paraguay, Assuncion.

Typus in collectione mea.

Domino ZD. TESAŘ, entomologo pragensi excellenti, ad honorem denominare volui.

Ex affinitate *A. lobati* HORN, ob caput suum antice tantum indistincte asperatum, fortiter convexum, thoracem etiam disco punctis maioribus numerosis instructo, interstitia lateralia lateribus non densius punctata et strias apice tenuissime marginatas ab aliis speciebus vicinis facilliter discernendus.

***Ataenius laterigranosus* n. sp.**

Oblongus, elytris lateribus levissime rotundatis, summam latitudinem pone medium attingentibus, niger, clypeo antice indistincte rubrescente, pedibus brunneis, nitidus, glaber.

Capite modice convexo, antice minute transversim asperulato, medio sparse minutissimeque, postice densius fortiusque punctato, clypeo medio emarginato, eodem loco margine proprio paulo dilatato, utrimque rotundato, genis angulatim rotundatis. Thorace omnino sparse minutissimeque punctulato, punctis maioribus praecipue ad latera et ad basim intermixtis, disco antice absque punctura grossa; prope angulos anticos leviter impresso, lateribus marginatis, pallide fimbriatis, basi marginata, angulis posticis rotundatis. Scutello anguste triangulari, laevi. Elytris humeris angulatis, sed non manifeste denticulatis, anguste, sat profunde striatis, striis crenato-punctatis, apicem versus profundioribus, interstitiis antice mediocriter, postice fortiter convexis, minutissime, sparse punctulatis, apice punctis maioribus, subconfluentibus, interstitio 10° plano, subopaco, minute et sat dense granuloso. Metasterno antice tantum minute punctato, abdomine medio minute, lateribus grosse punctato. Femoribus posticis dimidio basali marginatis, tibiis anticis extus tridentatis, ad basim denticulatis, tibiis intermediis posticisque calcare accessorio bene distincto, metatarso calcari superiori et ceteris articulis sequentibus aequilongo.

Long.: 4,8 mm.

Patria: Argentina, La Plata.

Typus in collectione mea.

Ex affinitate *A. stercorario* F., sed ab speciebus huius circuli praecipue interstitio 10° plano, opaco et granuloso et simul thoracis angulis anticis impressis, thorace lateribus dense et grosse punctato, metatarso ceteris articulis aequilongo, etc. manifeste differens.

***Ataenius blapoides* n. sp.**

Elongato-ovatus, robustus, glaber, subopacus, niger.

Capite lato, convexo, antice sat minute transversim asperato-gruloso, dein minutissime, indistincte, sat sparse punctulato, vertice

minute, distincte, densius punctato. Clypeo antice emarginato, eodem loco margine dilatato, utrimque rotundato, genis obtuse angulatis, apice rotundatis. Thorace disco minutissime, sat dense punctulato, ad basim punctis grossis, numerosis intermixtis, ad latera grosse, densissime punctato, punctis passim subconfluentibus; lateribus non fimbriatis, valide canaliculato-marginatis, basi item hoc modo marginata, angulis posticis late rotundatis. Scutello parvo, angusto, convexo, laevigato. Elytris humeris manifeste denticulatis, fortiter striatis, striis punctis magnis, transversis, praecipue interstitiorum partem medialem agredientibus, interstitiis convexis, minutissime reticulatis, vix perspicue punctulatis, apicem versus subcostatis, interstitio 10° lato, subconvexo, epipleuris latis, ex latere bene aspectabilibus. Abdomine grosse, medio paulo subtilius punctato, femoribus anterioribus dense punctatis, femoribus posticis dimidio basali marginatis, tibiis anticis extus tridentatis, ad basim serrulatis, tibiis intermediis posticisque calcare accessorio munitis, metatarso calcari apicali superiori paulo longiore, ceteris articulis sequentibus fere aequilongo.

Long.: 6,2 mm.

Patria: Brasilia, Rio Grande do Sul; Sao Francisco de Paula (alt. 940 m. s. m.).

Species ex circulo *A. stercorarii* F., sed ab omnibus congeneribus huc pertinentibus superficie semiopaca, lateribus thoracis grosse et densissime punctatis, canaliculato-marginatis, elytris striis valde crenato-punctatis etc. discedens.

***Ataenius talpa* n. sp.**

Praecedenti valde similis, niger, pedibus rufobrunneis, subnitidus, praecedenti paulo nitidior, glaber.

Capite modice convexo, antice distincte, sed minute transverse asperato-ruguloso, fronte minutissime, sat sparse, vertice remote, paulo fortius punctato, clypeo antice emarginato, in emarginatura margine incrassato, utrimque rotundato, genis angulatis, apice breviter rotundatis. Thorace lateribus minute, normaliter, basi distinctius et ibi fere canaliculate marginata, disco antice minute, ad basim grosse punctato, punctis minutis intermixtis, ad latera grosse et densissime punctato, punctis confluentibus, rugas vermiculatas passim formantibus, lateribus minutissime crenulatis, pallide fimbriatis, angulis posticis rotundatis. Scutello angustato, fere laevi. Elytris humeris acute angulatis, sed non denticulatis, striis angustis, sat profundis, apicem versus magis impressis, paulo dilatatis, grosse, transverse punctatis, punctis interstitiorum marginem medialem agredientibus, interstitiis convexis, postice subcostatis, minutissime reticulatis, vix perspicue punctulatis, interstitio 10° convexo. Metasterno laevi, medio longitudinaliter sulcato, sulco praecipue antice foveolato, abdomine medio sublaevi, lateribus sessim fortiter punctato, femoribus anterioribus punctatis, intermediis posticisque laevis, breviter sed fortiter marginatis, tibiis anticis extus tridentatis, dein serrulatis, tibiis intermediis posticisque calcaribus accessoriis parvis munitis, metatarso calcare apicali superiori longiore, ceteris articulis sequentibus unitis subaequilongo. Clava antennarum fulva.

Long.: 5,8 mm

Patria: Argentina, San Bernardino (A. FISCHER leg.).

Typus in collectione mea.

Quamquam speciei praecedenti mire similis, sine ullo dubio species autonoma est, quae ab *A. blapoides* m. punctura verticis magis minuta, thorace lateribus minute marginato, sed subtilissime crenulato et fimbriato, ad latera densissime et crasse punctato, passim ruguloso, elytris humeris non manifeste denticulatis, striis fortius punctatis, interstitio 10° convexo, abdomine medio fere levigato, etc. distincte discrepat.

***Ataenius gracilis* ssp. *morogorensis* n.**

A forma typica, quae in America septentrionali, centrali, insulari et ex parte etiam australi occurrit, in characteribus sequentibus manifeste differens: Capite paululo minus convexo, pars convexa fortius densiusque punctata, genis magis angulosis, thorace aliquantum inaequaliter punctato, in angulis anticis et in dimidio laterum profundius impresso, elytris distincte reticulatis, propterea subnitidis, interstitio primo postice non dilatato, subtus non laevigato, sed minutissime reticulato, metasterno et abdomine minus grosse punctato.

Patria: Africa orient., Morogore.

Typi et Cotypi in collectione Dom. Cons. G. FREY (Monachium) et in collectione mea.

Non dubito quin ad hanc subspeciem omnia specimina ex Africa intertropicali pertineant, quae adhuc pro forma typica habita erant. Quantum nobis constat, forma typica Africam intertropicalem non incolit; ego ipse libere confiteor, formam typicam ex Africa nondum vidisse. Segregatum non puto, duas species distinctas ante oculos habere et iterum iterumque doleo, quod auctores sermonis sic frequenter inoptes sunt, cum insignia gravia agitur.

***Ataenius regulus* n. sp.**

Oblongo-ovatus, niger, clypeo antice rufescente, pedibus ferrugineo-brunneis, nitidus, glaber.

Capite modice tantum convexo, antice minutissime denseque transversim asperato, medio subtilissime, inter oculos distincte, fortius punctato; clypeo antice latissime, sed valde leniter emarginato, utrimque denticulo minutissimo instructo, genis parvis, rotundatis. Thorace omnino, etiam disco, sat dense et grosse punctato, punctis subtilissimis intermixtis, lateribus marginatis, nudis, basi marginata, angulis posticis late rotundatis. Scutello triangulari, laevi. Elytris absque denticulis humeralibus, anguste sed distincte striatis, striis minute punctatis, interstitiis convexis, apicem versus magis elevatis, subtilissime sparse punctulatis. Metasterno abdomineque minutissime et sparse punctulato, femoribus posticis non marginatis, tibiis absque calcaribus accessoriis, metatarso calcari apicali superiori longiore, tribus articulis sequentibus unitis subaequilongo.

Long.: 2,8 mm.

Patria: Venezuela, sine indicatione loci.

Typus in collectione mea.

Haec species nova a ceteris speciebus, quae clypeo denticulato, transversim asperate-rugato et corpore supra glabro signatae sunt, statura parva, emarginatura clypei latissima, humeris elytrorum non denticulatis, interstitiis convexis, tibiis absque calcaribus accessoriis et femoribus non marginatis manifeste differt.

***Ataenius pseudocarinator* n. sp.**

Oblongus, ovatus, convexus, niger, clypeo antice, thoracis angulis anticis, elytris apice, epipleuris et pedibus ferrugineo-rufescentibus, capite et thorace fere nitido, elytris opacis.

Capite convexo, antice distincte granulato, dein dense, longitudinaliter, passim subconfluentem punctato, inter oculos confertim, normaliter, sat grosse punctato; clypeo late, manifeste emarginato, utrimque denticulo minutissimo instructo, genis parvis, rotundatis. Thorace disco grosse denseque, antice paulo subtilius, ad latera confertissime, fere rugulose punctato, punctis dorsalibus aliquando transversis, antice emarginatis, punctis lateralibus rotundatis, pilos brevissimos, vix perspicuos ferentibus, lateribus et basi marginata, angulis posticis late rotundatis. Scutello parvo, triangulari. Elytris humeris subtiliter denticulatis, anguste striatis, striis punctis parvis, sed marginem interstitiarum medialem aggredientibus, interstitiis manifeste reticulatis, aequaliter costatis, costis in tubercula oblonga laevigata divisis, pilis brevissimis, vix perspicuis ornatis, interstitio primo subgranulato. Subtus piceo-brunneus, subnitidus, metasterno grosse, non dense punctato, ad latera opaco, subtilissime granuloso, abdomine grosse denseque, sed vadosissime punctato, punctis opacis, femoribus intermediis posticisque sparse, grosse, semicirculariter punctatis, femoribus posticis fere complete marginatis, tibiis sine calcaribus accessoriis, metatarso calcari superiori paulo longiore, tribus articulis sequentibus unitis aequilongo. Antennarum clava straminea.

Long.: 2,8—3 mm.

Patria: America austr., Guiana Britannica. Expeditio N. BECCARI, 1931.

Typi in collectione mea.

Haec nova species illa est, quam *A. carinatorem* HAR. primo putavi. Sed a specie antea descripta nova species, ut sequitur, discrepat:

<i>Ataenius carinator</i> HAR.	<i>Ataenius pseudocarinator</i> n. sp.
Corpore magis elongato, minus convexo.	Corpore brevioris, convexioris, elytris evidenter magis ampliatis, brevioribus.
Capite medio normaliter punctato.	Capite medio distincte longitudinaliter punctato.
Thorace disco paulo densius, normaliter, antice subtilius punctato.	Thorace disco transverse, antice vix subtilius, profundius punctato, interstitiis punctorum latioribus.
Interstitiis minus elevate costatis, statura paulo maiore (3,2—3,5 mm).	Interstitiis magis elevate costatis. Statura minore (2,8—3 mm).